

ANNO DOMINI DCL.

# CONSTANTIUS,

ALBIGENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana, tom. I.)

Constantius interfuit concilio Rhemensi sub San- A ex Chronico episcoporum Albigensium, tom. VII  
ratio, anno 625, ex Flodoardi Historia. Scripsit De- Spicilegii. Sub ejus episcopatu inchoatum est Ca-  
siderio episcopo Cadurcensi.

Vixit Constantius saltem usque ad annum 647,

## PISTOLA CONSTANTII ALBIGENSIS EPISCOPI AD SANCTUM DESIDERIUM.

(Vide lib. II Epist. inter Opera sancti Desiderii, hujus tom. col. 258.)

ANNO DOMINI DCL.

# SANCTUS ABBO,

METENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana, tom. XIII.)

'Sedit Abbo annos decem, mensem unum et dies B Clementis, in paroeciam erectam fuisse. Cum strenue  
viginti sex, ut codex sancti Symphoriani Metensis  
a Marco Antonio Dominicy in Ansberti familia redi-  
tiva publicatus testatur. Compertum habemus ex  
charta Herimanni episcopi data an. 1090, ab illo  
sancto præsule ecclesiam sancti Joannis Baptiste  
dependentem ab abbatia sancti Felicis, hodie sancti

gubernasset, ex hac vita migravit, juxta Coington  
anno 707. Recentioris vero historie Metensis scripto-  
res ejus obitum notant anno 700, 15 Aprilis, quo die  
sic celebratur in martyrologio cathedralis : XVII  
Kal. Maii Metis sancti Abbonis episcopi.

## PISTOLA SANCTI ABBONIS AD SANCTUM DESIDERIUM.

(Vide lib. II Epistol. inter Opera sancti Desiderii, hujusce tom. col. 262.)

\* Si Galliae Christianæ credendum, Abbo ille  
orienti octavo seculo rebus humanis, post deceun  
anorum episcopatum, erexitus est; Desiderius vero,  
anno Domini 650, quadraginta videlicet annis ante-  
quam sedem Metensem Abbo concenderet. Quomodo  
ergo alter ad alterum scribere potuerit, res est ex-  
plicatu difficultis. Forsitan Canisius abbonem Godoni,  
Desiderii coævo, errore nominis, substituerit. Hanc  
litem eruditis judicandam relinquimus. EDIT.

ANNO DOMINI DCL.

# SANCTUS DESIDERIUS,

CADURCENSIS EPISCOPUS,

## ET HERCHENEFREDA MATER EJUS.

## NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana, tom. I.)

Sanctus Desiderius Obrege [Albige] natus ex nobili  
genere, patre Salvio, matre Herchenefreda, fratres  
illustres habuit Siagrium qui amplissimos gessit

magistratus, et Rusticum, qui in episcopatu Cadur-  
censi fratrem suum præcessit. Desiderius vero qui  
in bonis litteris apprime fuerat eruditus, adhuc adu-

lessem thessaurarii regis (Clotarii II) officio defunctus est; quo in munere magnam prudentiam, exequitatem ac integritatis laudem consecutus est. Neque vero rerum temporalium sollicitudo, studium coleendae virtutis ac pietatis in eo vel leviter immisivit. Mortuo fratre Rustico Cadurcorum episcopo, cuius cædem ad an. 629 referunt Cointius et Mabillon, Dagobertus rex, filius Clotarii II, scripsit ad sanctum Sulpicium Bituricensem episcopum de subrogando in locum Rustici Desiderio ejus fratre. Præterea præceptum direxit ad episcopos, duces cunctumque populum Galliarum, eadere, ut doceret, Desiderium, et si adhuc laicum, ob angelicos mores et sacerdotalem conversationem non esse ab episcopatu arcendum tanquam neophytum, maxime cum accessisset et civium abbatumque Cadurcorum consensus. Jam vero quanta sollicitudine commissi sibi gregis custodiæ invigilarit ejusque saluti prospexit, non est facile dicere. Monastici ordinis propagationi studuit, in primis sancti Amantii vetus monasterium non longe ab urbe denuo magnis sumptibus ædificavit, et prædiis dotavit; ad ejus dedicacionem invitavit plurimos episcopos, in his Paulum Virginiensem, ut probat Desiderii ad eum epistola. Cum anno sui episcopatus 23, profectus esset Desiderius ad Albiense territorium paternæ possessionis, invisendum, ibi in natali solo ad coelestem patriam evolavit, condito prius testamento, quo ecclesiæ suæ quidquid ex parentum successione, quidquid regio munere, quidquid propria comparatione acquisisset, contulit. Eum obiisse xvi Kalendas Decembris in confessio est apud omnes pene scriptores.

De anno vero mortis discepatur. Annum hunc

A suis 654 docet Malbilonius, Analectorum tom. III (Pag. 532). Carolus Cointius vero anno 649; Guillelmus Cave in Historia litteraria, an. 652; scriptor Vitæ sancti Desiderii ait, c. 19, eum profectum esse ad Albiense territorium visitandum an. 17 Sigeberti regis, et sui pontificatus 23. Paulo post vero cum oblisso, ex rerum serie intelligitur. Emendat autem hunc scriptorem Cointius, et vult annum 17 Sigeberti non anno 23 episcopatus Desiderii, sed 21 esse illigandum. Nobis sufficiat varias indicasse sententias, in quibus excutiendis diu immorari non licet. Ex his tamen que supra præmisimus agendo de Rustico, ubi ostendimus anno 650 inchoato sanctum Desiderium factum esse episcopum, liquet annum 652, suis 654 vigesimum tertium ejus episcopatus, B quo sanctus præsul profectus est ad territorium Albiense; paulo post vero migravit ad superos; hoc est, vel anno eodem 652, vel 653 ineunte. Corpus ipsius ad ecclesiam ejus munificentia prius insigui opificio constructam, scilicet, sancti Amantii delatum, ibidem multis fulsitis miraculis. Vita ejus duabus comprehensa libris edita est primum in Gallia Christiana, an. 1656, quam ad hagiographos amandam censuimus. Scripsit varias epistolæ ad amicos Sulpicium Bituricensem episcopum, Dadonem seu Audoenum Rothomagensem, Paulum Virginum, etc. quæ apud Canisium, Antiq. Lect., tom. V, habentur, et in bibliotheca Patrum, tom. VIII. Ibidem editæ sunt libro altero variorum ad illum epistolæ. Inter Usserii epistolæ Hibernicas una exstat, scilicet, decima, quæ est sancti Galli ad sanctum Desiderium.

## VITA SANCTI DESIDERII, CADURCENSIS EPISCOPI ET CONFESSORIS.

[Ex ms. exemplari V. C. Antonii de Vyon domini d'Herouval, in suprema regiarum rationum curia auditoris doctissimi atque humanissimi.]

### CAPUT PRIMUM.

Igitur Desiderius Cadurcensis episcopus Obrege Galliarum oppido oriundus fuit. Haec itaque civitas in extremis pene Galliarum finibus sita; regionibus quippe Aquitaniarum extrema, habens a meridie provinciam Narbonensem. In hac ergo parentibus honestissimis, et apud Gallicanas familias præcesteris generositate ornatis, Desiderius exortus est. Pater ejus Christianissimus, vocabulo Salvius, mater vero ejusdem honesta, Marchenfreda dicta est; fratres autem ejus, Rusticus et Siagrius, eum duabus sororibus aderant: quarum una Selina, alia vero dicebatur Avita: e quibus Rusticus a primis pubertatis annis clericus factus, archidiaconus officium in urbe Rutena et abbatiæ, sub Lothario rege administravit; ad ultimum pontificatus dignitatem in Cadurcina urbe emerit. Siagrius, post diutina palatii Francorum ministeria et familiaria Lotharli regis contubernia, comitatus dignitatem apud Albigæ ges-

sit, nec non et apud Massiliam judiciariam potestatem diu exercuit.

Desiderius vero summa parentum cura ennititus, litterarum studiis ad plenum eruditus est: quorum diligentia nactus est, post litterarum insignia studia, Gallicarumque eloquentiam (quæ vel florentissima sunt, vel eximia, contubernii regalis adductis inde dignitatibus), ac deinde legum Romanarum indagationi studuit, ut ubertatem eloquii Gallicani nitoremque gravitas sermonis Romana temperaret.

### CAPUT II.

Eo autem tempore Teudebertum regem jam interemptum, Teuderiumque defunctionem; Brunechildem quoque quorundam equorum pedibus irretitam, ac male discriptam audivit. Lotharius autem pater incliti Dagoberti monarchiam regni solus tenebat, a quo tres germani, id est Rusticus, Siagrius, et Desiderius, florentissime enutriti, summis dignitatibus præediti sunt. Rusticus (ut præfati sumus) abbatiam